

nam ipsam temptaverit exercere.

[16.] presentem eundem provocationem et ordinationem nostram, quam tibi supra describimus, usque ad beneplacitum nostrum te volumus³⁶ observare. reservamus tamen beneplacito nostro minuire et augere alie et base, providere et providendo et ubi voluerimus, precium emptionis et venditionis predictae et totam ordinationem seu provocationem eandem.

[17.]^{volumus 37} preterea et mandamus tibi, quod singulis tribus mensibus quaternum unum per totum consuetum quaterno tuo de particulari emptione et venditione salis ipsius cum nominibus eorum, a quibus emeris et quibus venderis, magistris rationabilibus magne curie nostre sub sigillo tuo transmittas, ut, si diligenter processeris, processus tuus laudabilis te commendabilem nostro conspectui representet, et si fueris negligens vel remissus, tibi sua negligencia imputetur et nostra curia servetur indemnis. super quibus omnibus diligenter et fideliter exequens illam diligenciam et sollicitudinem studeas adhibere, sicut ex inde in nostra presencia factis sacrosanctis evangelis iuramentum corporale prestitisti³⁸, quod proinde meritum obsequii coram maiestate nostra appareas commendandus.

Dat. Fogie primo novembris gr. ind. [1277.]

in R. presti
3840

l. volumus
368

g. volumus
389